



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1415. usque ad annum 1431

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118294

§. 172. Capitulatio Narbonensis a Synodi Patribus approbata.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66272](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66272)

Sæcul. XV.
A.C. 1416.

§. CLXXII.

Capitulatio a Synodo approbata.

Vonder
tom. 4. p. 586.

Proxima quarta Februarii in Ecclesia Cathedrali, loco pro publicis Sessio- nibus ordinario, convenerunt Patres, ubi, postquam proposuit Archiepiscopus Turo- nensis, quod omnes capitulationem ob- servare jurarent, universa Synodus hoc jusjurandum nulla restrictione limitatum præstitit. Quidam duntaxat Cardinales ad confirmanda sui Collegii jura pro Ele- ctione Pontificis suo juramento quasdam addidere clausulas. Solus Tricariensis Cardinalis jurasse nescitur, & declinandi Sacramenti causa morbum simulasse di- citur.

§. CLXXIII.

Synodus, & Arragoniæ Rex a Be- nedicto anathemate percussi.

Bzov. an.
1416.

Ubi Benedictus de iis, quæ Constantiæ adversus se acta fuere, nuntium acce- pit, haud moratus est ex Paniscolensi ar- ce Synodum, & Arragoniæ Regem di- ris devovere, privationem quoque Regni, quod huic dedisset, comminatus. Tra- dunt nonnulli, Regem quolibet die a Pon- tifice novo quodam percussum fuisse ana- themate; verum hæc fulmina eo magis accendebant Regis animum, ut subtra- ctionem